

Laciniam tunicae inferiorem subducens, ante eam in parte dextra duo sunt Castoris et Pollucis galericuli. Sub brachio notae. 000000: una altera superior, duplici in serie. infra. NSLN. Nummum hunc aeneum uidi Romae apud V. Achillem Maphaem.

Sextantes Max. ex aere.

In una parte.

77. Aquila in fulmen unguibus suppressum stans, elato pectore, ad laeuam nititur. Post auem duo sunt Caeli .00. ante. ROMA.

In altera.

Lupa sinistrorsum itura uidetur. At captum iter gemelli, sub eius mammis inter se garrientes, ad quorum gestuculationes & susurrations aures aduertit, remorantur. infra. eadem duae notae, quae in superiori sunt parte. Sextans hic aeneus paruus a me uisus est Romae apud V. Antonium Augustinum.

In una parte.

78. Roma est galeata, laeua facie, monile baccato ornata, ad cuius synceiput ponderis sunt adpressa signa. 00.

In altera.

Eadem omnia. Id tantum interest, ut quae illic sunt sinistra, haec dextra sunt, ac e diuerso. Litera utrobique nullae sunt. Sextantem eum aeneum maximum uidi Romae apud V. Antonium Augustinum.

In una.